

1549 12. 1. Febr.

Ed. Ing. Arch. Cuit. Sandomi

29

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos
Sigmundus Augustus Dei gratia Rex Polonie, Magnus dux Li-
thuania, Ruffia, Prussia, Masovie, Samogitia. Nec non terrarum
Craovie, Sandomiria, Siradice, Lanczicia, Cujavia, Culmenis et
bingensis, Pomeranieq; etc Dominus et haeres. Planum ac testa-
tam facimus, quorum interest, universis, qui nunc sunt, et qui postea
futuri sunt. Tamatos nostros cives Sandomirienses suo et universorum
Civium et Incolarum nomine produxisse coram nobis privilegia et im-
munitates sue Civitatis a Divo Parente, Praedecessoribusq; nostris illis
concessas, salvas et authenticas. Supplicaverq; nobis, quo eas illis in ingres-
su Domini nostri, utinam felici, approbare, confirmare, ratificareq;
dignaremur. Quod quia nos tenemur, idq; libenter facimus, proinde
omnia privilegia, Libertates, et immunitates, Prerogativas, Inscriptiones,
Donationes, et omne genus munimentorum a fundatione hujus li-
vitatatis eidem datorum, tam super bona eorum quaeq; proventus, red-
ditus, quam jura patronatus, Jurisdictionem civilem, et advocati-
alem, nominatim vero privilegia, quibus a Theoneis omnibus ubiq;
in Regno et Dominiis nostris, atque et podvodis equestribus prestan-
dis, omnes cives Sandomirienses et suburbani sunt perpetuo exem-
pti, generaliter Omnia privilegia eorum, ita quod species generi,
neq; e diverso minime deroget. Ita videlicet, tanquam hic essent ex
archetypis suis seu originalibus ad verbum descripta, Confirmamus,
approbamus ratificamus decernentes ea omnia, in omnibus pun-
ctis, clausulis, articulis, conditionibus, tenoribus, robur eorum de-
bita ac perpetuae firmatis habitura. In ayes rei fidem et testi-
monium sigillum nostrum est appensum. Datum Piotrovia in
Conventione generali feria sexta proxima ante festum Purifica-
tionis Beatissimae Virginis Mariae. Anno Domini Millesimo
Quingentesimo Quadragesimo nono. Regni vero nostri decimo
nono. Presentibus Reverendis in Christo Patribus Dominis
Samuele Maciejowski Cracoviensi, et Regni nostri Cancellario
Andrea Lebrzydowski Vladislaviensi et Joanne Droiewski
Chelmensi Episcopis. Nec non Magnificis Generosis Venera-
bilibus Joanne Comite de Tharnow Castellano Cracoviensi
Exeratum Regni nostri Supremo, ac Sandomiriensi, Striensi
Lubaczoviensiq; Capitaneo. Janasio Liathalski Pomeraniensi

1349
et Junowladislaviensi, Suchoviensiq, Capiteo, Petro de Stuzewo
Calisiensi et Nieschoviensi Capiteo, Spithcone de Tarnow Woyń-
czensi, Regni nostri Thesaurario, et Brzejnicensi, Krzepicensi, Kres-
schoviensiq, Capiteo, Stanislaw de Przeramb Siradiensi, Stanislaw
Gomoliński Rospergensis et Capiteo Vietiunensi, Stanislaw de
Tharnow Lawichostensi et Capiteo Siradiensi, et Nicolao Grabia
Chelmensi, Regni nostri Vice Cancellario et Capiteo Liubomlen-
si, Castellanis. Jacobo Uchariski Decano Plocensi Archidiacono War-
schoviensi, Valentino Dębieński Curie nostre Referendario, An-
drea Garmkowski Praeposito Gnesnensi et Scholastico. Joanne Prze-
reński praeposito, Stanislaw Houio Juris utriusq, Doctore, Andrea
Przeclawski Decano Poznaniensi, Canonicis Cracoviensibus ac
Secretariis nostris. Joanne Liutchomirski Curie nostre Thesaura-
rio, Stanislaw Ligeza Curie nostre pincerna, et aliis quam pluri-
bus testibus ad praemissa fide dignis. Datum per manus praefa-
ti Reverendi in Christo Patris Domini Samuelis Episcopi Cracovi-
ensis et Regni Poloniae Cancellarii. Samuel Episcopus Cracov. ac h. p.
Cancellarius. Relatio Reverendi in Christo Patris domini Samue-
lis Maciejowski Episcopi Cracoviensis et Regni Poloniae Cancellarii.